Cum pulſus & anhelitus ex dictis Gal. loco citato, & .2. artis curatiue, & primo de difficultate inſpiratiōis, & ex A ui. 13. proportionent, hoc eſt ad eūdē finē ordinent, eaſdē ſortit inſpiratio diff. quas pulſ⁹, magis autē notabiles ſunt magnitudo, celeritas, & ſpiſſitudo, cū ſuis oppoſitis, eſtq; doctrina: illi⁹ auctoris .1. de diff. pul. & mile locis, magnitudinem accōmodatiſſimā diff. pro fine ipſo conſequēdo, putā refrigerii neceſſitudie, ita vt ea ſepe ab aliis diff. excuſetur, ſi vero ea diff. non ſufficit: acquirit deinde celeritatē, & dein de ſpiſſitudinē, aut ſi magnitudine non ſufficit, aut non valet, illis aliis diff. iuuatur. Nec cogor in preſenti aſſignare rationes taliū, ac que earū diff. prius amitatur, aut acquiratur, & qualr ex virtute, inſtrumento, & neceſſitudine, totū id ortum habet, de his enim abunde dictū eſt alias. ¶ Aggrediamur ergo iuxta hec preambula primā textus partē, vbi per iſpirationē ſpiſſam, primo dolor in precordiis ſignificat, pro quo ipſe Gal. adducatur in dicto libello de difficultate inſpirationis, & hoc in fine .1. libri. q dolore exiſtente in ſpiritualibus mēbris, neceſſū eſt vim ipſā inſpirantē deſficere a magnitudine, & id ſupplere frequētia, & hac diff. eſſe contentā, niſi febris accidat, tunc enim & celeritatē eſſe cōmixtā, contingit, ſed quare ex dolore id proueniat addamus, & tandē ſi ex dolore aliarū partiū idem cōtingat declaremus, dolor igit vt .6. apho. eſt videre, & ſcda. pri. de eis q ex dolore proueniunt, & coto allegato, virtutē intercipit in paſſib⁹ ſuis, & cohibet ab actione ſua, qđ facile eſt videre in pleuriticis ſpirantib⁹, quotiens enim tentant magnificare anhelitū, deſiſtunt ab inceptis, & ſi flāma cogat inſpirare, velocior reditur inſpiratio, & inſtrumentis non obtēperātibus, coiter creba & parua ſit inſpiratio, hec oīa Gal. in loco citato de difficultate inſpiratiois. Non oportet aūt credere, in ſpūalibus affectib⁹ duntaxat id contingere, ſed in ōni paſſiōe doloroſa q inſpirationi coicare poteſt, quod ſeries Gal. ſtatim introducta confirmat, eodē libro: ſic habet, de doloroſis vero paſſionib⁹ non opꝫ dicere ſimplr, qm inſpirationis exiſtunt organis, nō. n. propter ipſā naturaꝫ particularū, ſed quantū animalis virtus pcipalis cum motu ledit, in paruitatē & ſpiſſitudinē ſpirationē cōuerti contingebat, ne magis doleat animal, nimis decente dilatante thoracē (hoc ſcilicet ne magis doleat) prouidētia aūt hec & aliis ineſt particulis, quibuſcūq; motis, & mouēt inſpiratiua organa, ſcilicet ventriculo iecinore, & liene ac inteſtinis, & muſculis qui ſunt ſuper hipocondria, hec enim in motibus thoracis, ſi magni ſunt, cōmouentur, manifeſtum igitur eſt quandoqdem in magnis thoracis dolent motibus, minus vero in paruis, propterea paruus & crebus anhelitus non ſolum in pleureticis, ſed omnibus dependentibus aut complantatis organis, & audeam⁹ denūciare, paruā & crebam inſpirationē vniuerſalr ſignuꝫ exiſtere, doloris omnium animalis particularum quecunq; mouentur inſpirationibus, hec Gal. quod quaſi ſub eadem ſententia in ſequenti cōmēto. In apoſtematibus

autem calidis horũ organorum, paruitatem inſpirationis ad oppoſitã diff. verti eſt neceſſum, quia neceſſitudo ipſa euentandi, ad ipſam magnitudinem incitare debet, nec pugnat dicere, celeritatem eſſe ibi imixtã, que ſolet frequẽtiã ante ire, ſi organa non obſtant, quod in preſentiarum minime cum eſt magnitudo, que illa duo petit, textus vero per ſolam frequentiam, vtrumq; dedit ſignificari, quia licet inflãmationi conſequens ſit magnitudo, forſam & dolor qui talem affectum neceſſario comitatur, organa inſpirationis non ſinit, libere extendi: Gal. autem locutus eſt, citra impedimenta propia autem ratio crebre inſpirationis, extat in breuiſſima mora quietis, que motibus interiacet, quod aprehendi manifeſtius poteſt in inſpiratione quam in pulſu, propter partes huius motus eſſe moroſiores, quam in pulſu quod clare liquet, cum vnica inſpiratione tres aut plures ictus pulſus compleantur, eſt tamẽ ſat difficilis cognitionis, cum quies & potiſſime interior nõ percipiatur, oppoſita tamẽ diff. que eſt raritas in textu deſcripta, per longum interuallũ, ĩ quo inſpiratio completur potiſſime, quod quietem conſcernit, vt talem inſpirationẽ a celeri diſtingere poſſimus, multo notior eſt, que diſpoſitio ſcilicet raritas, ſi iuncta magnitudine ſit, deliriũ ſignificat, & eſt ſecdm ſignificatũ in preſenti textu, ad quem ſenſum, extra cõmunem intellectum gloſantiũ, iam intellexi illum textũ Hip. in. 4. apho. in febribꝰ nõ defficiẽtibus difficultas anhelitꝰ & alienatio malum, hoc eſt illa anhelitus diff. mala ẽ per quam poteſt ſignificari alienatio. Nã cũ Hip. ſit ſic ſuccinctus, & ſtatim in ſequentibus, de ſps oſtenſione loquatur, vbi duplus anhelitus, interceptus, & alie diffe. exprimuntur, eſſet inutilis ille textus, ſi in prio citato de tali difficultate anhelitus fuiſſet locutus, ergo de ea ſcilicet anhelitus diſpoſitione, que delirium protendit, & eſt iſta textus preſentis, ſcilicet in magnitudine cũ raritate, vnde in ſignis phreneſis, talis anhelitus valde vituperat: in tm̃, ꝙ ſalus phreneticorũ ad diuerſũ petit a pleureticorũ valitudine, vt phreneticis releuãdis ſit inſpiratio frequens, pleureticis rara, nota tamẽ ꝙ ea magnitudo videtur aliquando occultari, ex inordinato anhelitu quem turbant phantaſie, eſt tamẽ inſpiratio magna ſat familiaris eis, cum ſit affectus calidus & ſicus qui motibꝰ animalibus preſidiũ preſtat, niſi valde inualeſcat, oĩs enim ĩmoderata qualitas &c. Sed cãm illius interualli qđ inter inſpirandũ cõtingit eis, iuſtũ eſt addamꝰ, ex dictis Gal. dicto libello de difficultate inſpirationis, notãdũ ergo eſt, ꝙ & ſi anhelitus & pulſꝰ cõueniant dicto iã modo penes hoc differunt tamẽ, ꝙ anhelitus ſit a facultate arbitraria, pulſus vero a naturali, vnde in pulſu, exiſtente neceſſitudine nõ poreſt ſuſpendi actio, inſpirationis vero ſic in tantum ille ſeruus continuit anhelitum ꝙ functus eſt, ſentit ergo Gal. eo loco pulchre, ꝙ in alienãtibus, ex variis phantaſiis ad quas diuertuntur, fit obliuio inſpirationis, vt contingit in itinerantibus, obliuiſci, itineris cum fortiter intenditur ad ali

quot

quot imaginationes, cum igitur vita & inſpiratio dicantur ad conuertentiã quito de locis affectis; nõ poteſt natura omnino obliuiſci inſpirationis, imo machinatur vnicu hauſtu luchrari, quicquid amiſſit interuallo imaginandi ob quod prorrũpit in quandã inſpirationẽ magnã, ergo hec eſt cauſa magnitudinis inſpirationis in delirio, interualli vero, illa ſuſpẽſio imaginatiue vnde arripitur tota facultas animalis, & quotiens prorritatur prefacta neceſſitudine, iterum ad magnã inſpirationem reuertitur, vti nos in eo exẽplo itinerãtium, acuſantes noſtram deſidiam, de nouo maiori vi ferim⁹ equũ vt acquiramus quod miſſimus, ob quod ea intermiſſio inſpirandi cum noua magnitudine, ſit ſuſpiroſa de qua text⁹ Hipp. luctuoſa ſuſpiria malum, quod amantibus tenellis eſt ſatis familiare, circa amaſiam intentis, quippiã fingunt illud, ſic ars diluditur arte, vnde ſuſpiriũ, ex cogitatione fit ex quo noſter luſitanus dialogus, quo quis affligatur magis, ſi ſuſpirio, an cogitatione (in ſimili) lithargia & phrenetici potus obliti, cum bibere petunt, aut coguntur, vix ſaciari poſſunt. Hec autem inſpiratio magna ſemper intelligitur, in quantum organa inſpirationis nõ indurãtur, vt dilatationi obuient, nam tunc interceptam duplam, & ſub aliis difficultatibus fieret. ¶In vltima vero parte textus, loquitur de inſpiratione parua & rara, que ſũme exitialis eſt potiſſime cum ductit ad tantam caloris naturalis extinctionem ſignificandam, vt per os & nares frigida exeat, ſic Galenus tertio de morbis vulgarib⁹ libro citat hunc paſſum in cotõ pithionis ad facinum herculis in verbo ſi frigidum e naribus & ore ſpiretur exitiali eſt ad modum, quod cõmuniter in fine febrium peſtilentialiũ & colicatiuarũ accidit, quod non dedit breuẽ dubitandi rationem, in materia de febribus ſi febris ſit calor ſupabundans, cum potius videatur ibi eſſe calorem diminutũ, aut notabilẽ frigiditudinem, in quo anxioſo dubio, duplex eſt modus reſpondendi alter, concedendo tales febrire. Et tunc agitanẽ mutuo qualis ſit modus ſaluandi cum tã manifeſta frigiditudine excedat calor, quippiam recurrunt ad aditum male propietatis, quidam ad exceſſũ igneitatis, alii ad ſuper abundantiam reſpectu actualis tẽperamenti, hoc eſt illius exigue cintile caloris naturalis quo viuit. Sed mihi ſemper magis placuit, eo tempore tales non febrire ſed tranſiſſe ad frigidum morbum quo extinguntur, & fauet mihi in hoc bonus textus Galeni libello de tabe, ſic habet neq; enim is affectus, in quo cor iuſto frigidius eſt, ſit febris, & poſt aliquot verba ſubdit, iam etiã ſpiritus ita affectis aſſimilis pulſui videtur, paruus ſimul & rarus & per magna interualla, qui etiam cordis frigiditatem nuntiat, & illico addit neq; vero etiam calidam reddunt animam, hoc eſt anhelitum quod item perpetuũ eſt principio refrigerato, & contrarium excalfacto, quod ergo ſupereſt ſignum eos febre teneri: quaſi dicat nullũ &c. Hec Gal. patet igit̃ quaĩr cũ tali diſpõne anhelitus, caloris natiui extinctio ſignificatur. ¶Sed ſup principali

pali reuertendo:non eſt triuialis conſiderationis videre,qualiter inſpiratio ſit neceſſaria cordi ſic infrigidato.Galenus autẽ preſtat fundamentũ huic obiectioni,in libello de vtilitate reſpirationis,cum dubitat,an aer ipſe inſpiretur gratia ſubſtantie an gratia qualitatis,& ſi qualitatis gratia an frigiditudinis ratione, q̃ potiſſima ratio eſſe videtur,quandoq̃dẽ iuxta caloris augmentũ aut nobis exercitatis,balneatis ve,aut febriẽtib⁹ expiamur maiorẽ inſpirationẽ anhelare,ſed tunc male ſoluitur argumentũ qualiter infrigidati per niuẽ aut aliis modis,vbi plurima ingenia calefacientia procuramus,non deſiſtimus atrahere aerem, cum tamen nulla infrigidandi neceſſitudo occurrat,imo potius calefaciendi, hoc eſt igitur fundamentum obuiandi noſtro textui qualiter anhelitus perſeuerat & ſi paruus & rarus,cum tanta neceſſitudine calefaciẽdi,imo pratice vtimur. eo tempore panorũ calidorum copertura,& confecionibus calidis,& bono vino,vti in de cura febris peſtilentialis A ui.prima.4.Queſtioni igitur huic ſatiſfacit Gal. vt potuit dicto loco,& ſi obſcure inuens experimento eſſe clarũ animalia ſuffocari,cum nõ ſpirẽt,aut nõ nutriantur,& ſi priuato aere citius pereant,vt alias habet videri, in nomenclatura rerũ nõ nr̃ium,ꝙ aer ſit magis neceſſarius, nam exeuntes a carcere aut a loco ſtricto aerẽ,primo querimus dicebat ille Conſtãtinus,in pãtegni.Si igitur iſta aeris atratio eſſet duntaxat ad ſpirituum inſtaurationem,cum ex ipſo vere fiant in tota doctrina Galeni tunc nõ eſt ratio ꝙ potius ad aerem calidum quã frigidum initeremur,ſed in veritate quia frigidus inſpirat,ſudãtibus.n.copioſe ſi negaretur inſpiratio frigida,extemplo ſuccederet mors & tamẽ per aerẽ non poſſet tãta ſubſtãtia que diſſoluitur inſtaurari,ſed non eſt id ſine lite,quare nobis exiſtentib⁹ in rigore febris,eligamus coperire caput vſq; ad incrementum febris ergo ex his omnibus conducitur duntaxat gratia frigiditudinis inſpirari aerem & tunc manet principalis heſitatio,ꝙ ſub tanta frigiditudine,qualis iſte textus ceſſaret iſpiratio.Si calor noſter naturalis qualiſcũq; ſit paucus aut mĩtus,ſecundũ aliquã occultam naturã aliter& tẽperat aere & tãto frigidiori q̃to ipe exuperat magis,expimẽto reſpõdem⁹ oĩbus obtĩs.Facitq; ad cõplemẽtũ ſolutionis contemplari, cõditionẽ cuiuſcũq; flãme,& id accõmodare nr̃o calido,flãma enim hẽt duplicẽ motũ alterũ verſus ſuperficiẽ & ad extra querens euẽtationẽ,& alterũ ad radicẽ querens nutritionẽ & fulcimẽtũ quib⁹quidẽ duob⁹motib⁹mutuo ſe iuuãtib⁹ipſa flãma conſuatur,nã cum a dextra prorrũpit euentata per aerẽ tepeſcit,ne exacuta nimis citius edat radicem & motu ad radicem acreſcit fulcita,ne diſperſa verſus ſuperficiem deſſiciat,ſic calor naturalis fundatus ĩ propio humido quo fouetur hos duos motus habet quibus non priuatur,& ſi contingat priuari deſſiciet & quãto acreſcit eget maiori euentatione,ne conuerſus ad truncum ipſum velotius incineret.Quanto magis,nunquã ſic flãmã deſſicere i corde vt ob ſui

exigui

exiguitatē omnino nō querat euentari, ipſo Galeno dicente in libello de vtilitate pulſus, & ſi cordi adeo infugidato vt propter frigiditudinem accedat ad perniciem, incidas vnum ventrium ipſius & potiſſime ſiniſtrum, & digitum tum intromiſſeris, iam ſentiens ex eo calorem nimium excedere qui calor in ceteris mēbris in naturali diſpoſitione, haud inuenieť, que verba Gal. ſunt magni preci pro textu & dubiis poſitis, vt in ea diſpoſitiōe cor ſit ſic calidum, vt egeat adhuc euentari, verum extat ꝙ ſatis raro & ex interuallis, vt animantibus frigidis hiemantibus in cauernis ſeu latibulis contingit que vis ſit diſcernere viua eſſe ob tenuitatem inſpiratiōis, ommitto an in ſuffocatione matricis & ſimilibus ſinthomatis ſi ocultetur inſpiratio ob naturam veneni illius quod cor infrigidat immenſe, ſat nobis eſt ipſum cor ſic abreuiatum in ſuo calido egere euentatione eſtq; pro ſuo ſtatu naturali ſat expers caloris, vt ſingulariter Gal. dicto loco poſt pauca, iterum de corde ait, quoniam quantitas vna caloris eſt cordi ſūme modica, ſed pro reliqs mēbris multa valde, cuius ratio quia cor ſibi & aliis oportet eſſe calidum aliis vero partibus ſufficit frigidas non eſſe, nec credas eam inſpiratiōem ſic e corde frigidam euadere vti exterius offertur, nam in via reuertiť ad propiam naturam non eſtuans ob tenuem flāmā, ſic Gal. in cōmento illius in. 4. apho. frigidi ſudores in febribus non defficientibus, quare &c.

**¶ Spirationis facilitatē exiſtimari opȝ per ꝙ magnā vim hr̄e ad ſalutem ſi oī morbo acuto: qui cū febre infeſtet: ⁊ quadrageſſimo die iudicetur.**

Naturalē ſpirationē appellauit ſpiratiōis facilitatē ſignantē neq; rhoracē neq; cor ac pulmonē, neq; p̄cordia doloris quandā hr̄e affectionē. Quinēt partes q̄dā his adiūcte q̄ mouenť p ſpirationē dolore afficiūtur & vbi phenđant īflāmatiōe, & itē q̄uis mō doloris trahāt affectionē. He vero ſūt ventriculus liem iecur. Si igitur nulla ex his afficiť neq; caloris infeſtat copia, adeo vt deuri īflāmariq; videať, ſed neq; e cōtrario vt iam extinguatur calor inſitus, quo pacto non dixeris magnam ſpem ſubeē ſalutis in morbis acutis in quibus ꝑpter magnitudinē febriū aut ꝑpter īflāmationē ꝑprie nōmīatā picula īminēt. Itaq; lōgi morbi ſine eis eo ꝙ vires exſoluāt nō ſine periculo ſūt, ꝓpideq; eos ab oīone excepit ac de ſolis acutis definiuit. At vero cū duplex genus horū habeať ſiquidē nōnulli ſimpľr ac primū vocanť acuti, quidā ex conuerſione de vtriſq; docuit dicens qui cum febre īfeſtet & .40. die iudicetur. Adiecit enim qui cum febre infeſtet vt eum a conuulſione & diſtenſione neruorū & hilari diſiūgeret, & q̄cūq; alii morbi ſine febri acuti ſūt. Qđ vero dictū eſt & .40. die iudiceť vt cōereť cū ſimpliciter ꝑprieq; acutis, euent⁹ ex cōuerſiōe talis ſit quoties īter initia acute egrotet: tū aūt q̄rtodecimo die aut ēt añ ñ ītegre iudiceť. Sed quia ſup ſūt q̄dā reliquie egrotatiōis ex qb⁹ ad .40. diē vſq; morb⁹ extēdiť, vertiť vero p iudicatiōes īperfectas acutorū morborū ñ ſolū in hos, ſed ēt in alios diutinos maxime marco

rem

rem ,quartanam ſuppurationem,tabitudinem,aqnam itercutem. Verum Hippocras excipit a preſenti oratione etiam illos in ſolis ſimpliciter acutis morbis qui cũ febre infeſtent,& itẽ ex conuerſiõe in quadrageſſimũ veniãt optimũ eſſe inditiũ dicens ſpirationis facilitatem non in omnibus qui ſine febri fatigent acutis neq; diutinis.Ita vt tria ſint omnia genera morborum quantum in ipſam agitur temporis differentiã,aut enim acuti ſunt qui q̃rtodecimo finiuntur die quibus diutini opponuntur,ambiguum vero & velut in confinio poſitum tertiu; genus cuius terminus decretorium dierum quadrageſſimus dies eſt.Hec igitur dico confirmare que in egris apparent quod ſi quis ea probet in illis ita ſe habere naturam rerum agnoſcet.At vero quicunq; volunt ſignificari numerum dierum decretorium ab Hippocrate,dum ait quartodecimo die iudicari morbos acutos,adeo neſciunt ea que maxime oportet eos ſcire vt dictiones quoq; vetuſtiſſimi medici nequaquam intelligant.Si enim quartodecimo die finire morbum ſignificat dierum decretorium multititudinem quanta ſit.40.etiam die iudicari morbum numerum ſignificabit decretorum dierum . Querant igitur vt quemadmodum quatuordecim efficiunt ad quadrageſſimum vſq;,ita quadraginta nunc dies efficiant.

GLOSA

Reſolutio ad ſententiam Hippocratis in hoc textu ſecundum omnẽ traductionem eſt,ꝙ ſpiratio fere naturalis quam facilem vocat, habeat magnam vim pro ſignificanda valetudine in omni morbo acuto febrili.Notandum eſt,primo ꝙ ſicut temperatiſſimum hominẽ Galenus primo de temperamentis & primo potius notificauit priuatiue ſcilicet priuatiõe omniũ exceſſuũ quam per poſitiua ſigna,ſic in preſenti naturalem ſpirationem cognoſcemus negatione earum differentiarum quas taxauit in textu precedenti,facile ergo introduxit eam ſcilicet que eſt abſq; notabili impedimento,& non male ponderauit alia litera que loco verbi facilẽ,habet ordine ſuo propio,vt ſcilicet alter mot⁹ alteri reſpondeat,ſitq; configurata ſtatui naturali ipſius vt ab eo ordine non multum deuiet,impoſſibile enim naturaliſſimã eſſe in febriente inſpirationem,quia omnis febriens eſt eger & leſus, itidem & oportet conſiderare circunſtantias naturales que poſſent variare ſpirationem a naturaliſſima ipſi homini etiam ipſo ſano,vti verbi cauſa , ſi cum craſi calida cordis,pectus ſit anguſtius,ob quod apud theoricos in primo artis curatiue,aliquod corpus ſimpliciter ſanum poterat dici neutrum ſimpliciter ergo facta ponderatione in circunſtantiis,ſub quibus ſpiratio ſana inuenitur,ſi in morbo acuto febrili non multum deuiet ab ea, talis facilis dicitur,& eſt magni momenti in ſignificanda ſalute, & forſam maioris quam pulſus vt ſupra notauimus.Ratio ad ſententiam Hippocratis,eſt ꝙ tali ſpiratione ſignificatur non eſſe aliquam grauem paſſionem,aut in regione precordiali,aut in cerebro ſeu in membris colligatis eis,& ſignificatur

tur virtutem ipſam animalem bene ſe habere. Quod ſi obiicias ergo quali
ter inuenietur timor, a quo ſit tutari hoc inditio ſi tali ſpiratione ſignifica-
tur abſentia omnis grauis affectus, dic ꝙ plurimi ſunt affectus febriles pri
uati apoſtemate in ſedibus nobilibꝰ, & horum quippiam moleſtiſſimi, qui
bus eſt neceſſum ſpirationem videri facilem, vt intra ſuam acuitatem & ti-
morem, virtutem valere & organa ſpirationis eſſe dolore & abſceſſu priua
ta, iudicemus ꝙ ſi ſpiratio duplex eſſet aut intercepta: aut rara, aut ſpiſſiſſi
ma, non careret periculo talis febris. Conduxit autem hoc totum ad mor-
bos acutos febriles, quia in talibus ſpiratio plurimas ſoleat ſuſcipere muta-
tiones, non tamen erit parui precii, in iliaca conuulſione, apoplexia & aliis
id genus ſpirationem conſcernere non multum deuiam a naturali ſtatu, &
vice verſa iniqum inditium. Et quia febrls non ſolum dicitur acuta que ad
quatuordecimū diem terminatur, verum & ad diem quadrageſſimū, ideo
vt colligeret omnes, ſubdidit in calce textus, &.40. die iudicetur, quaſi cre-
datur euadentes illum terminum morbos, potius virtute diſſoluta quā im
petu paſſionis eſſe mortales. ¶ Circa quem terminum in acutis, ad ſolutionē
doctrine bonum eſt tantiſper īmorari, vt igitur ſūmitur de mente Gal. ſcda
aphoriſmorum, cōmento illius acutorum morborum, & illius acute egritu
dines, & tertio huius in duobus locis egritudines diuidūtur in acutas & cro
nicas, & licet vt ibidem notatur, digladiari multum circa hec nomina nullā
cōmoditatē adfferat medico, eſſet .n. ei preſtantius ōmiſſa contentione, ho
ram exitus ipſorum contemplari, & iterum morbos acutos ipſe diſtribuit
in alias differentias: ſemper memoritur habendo illam ipſius doctri. in vlti
mo dierum decretorium, ꝙ acuta & cronica non ſūt vere oppoſite egritudi
nes, imo cronico ſeu longo opponitur breue, acuto vero non eſt inuentum
nomen clarum quod ei opponatur, niſi velis lentum ſeu pigrum ei obicere
vnde & ſi acutus, morbus dicatur breuis, non conuertitur nec ratio qua dici
tur acutus, eſt quia breuis, quia breuis a paucis diebus quibus terminatur
acutus vero a velocitate ſui motus, quo ad ſtatum properat, ad eam ta-
men rationem celeris motus & impetuoſi conſequens eſt breui termino con
ſumi: ex quo eſt dare morbum qui nec acutus aut cronicus dici poſſit ſicut
ephimera bene tamen longus aut breuis, ex quo magis ambit hec ſecunda
diuiſio, & ſi prima per terminos acutum & non acutum ſi contradictorie in
telligatur eiuſdē ambitus eſt, & ſic notandum eſt hāc finitionem acuti mor
bi vt ſcilicet cum timoris habeat quid, ſit etiam terminationis breuis eſſe
Archigenis, nam apud Hipocratem, ē febris aſſidua inſeparabilis que velo
citer ad criſim peruenit, ex quo terminari quadrageſſimo die non eſt exa-
cte congruens acutis, ipſo Galeno dicente verſus finem ſecdo dierum de-
cretoriū ſed q ante vigeſſimū nō ſecure finiti ſūt, deīde remiſſeri, poſt hoc
reuerſi, mox intenſi rurſus ſint, nouiſſime quadrageſſimo die finiri, dubi-

taueris abſolute ne, an ex decidentia acuti nominandi veniant, immo magis an diuturni &c. Ergo aſiduus motus & inſeparabilitas eſt acutorum ratio exacta vnde eodem libro verſus mediũ morbi qui ad quadrageſſimũ diẽ peruenire poſſunt, in quibus per paroxiſmos eſt inuaſio & in ipſorum declinatione quies non poſſunt dici acuti, ſed cronici aut verius non acuti, ex quo iſtum noſtrum textum ibi Gal. non adſtringit ſolum ad acutos, & ſi acuti quipiam ad illud quadragenarium terminũ ventur & ibi plene conſumantur, imo & non acuti ſepe intra illum terminũ conſũmant, quod voluit ergo ꝙ prorogatus terminus acutor ad plus erit quadrageſſimus dies, intra tamẽ eã conſiſtentiam per plures alios dies iudicantur, in. 14. die qui abſolute dicunt tales, in. 20. vero qui acuti cum mollicie tales ſunt vt & tempore habeat in ſui motu cum ſui inſeparabilitate, qui vero. 20 diem euadunt acuti ex decidentia dicuntur vulgo conuerſiui. Nota tamẽ ſingulariter non ſic dici ex conuerſione ꝙ vera intermiſio ſit in eis cum inſeparabilitas ſit ratio in talibus ergo abſolui a morbo eſt ab inſultu ipſius per aliquã truncatã criſim cuius reſiduũ & ſi non pacificet paciente alleuiat tñ reuertit ꝗ morbus cum impetu ipſa natura iterum concoquente reſiduũ humoris ad iteratam iudicationem, ita ꝙ illi anxio & ſimilibus exemplis, quibus mentio ſit de febris definitione certis diebus, ſit potius remiſſio quã abolitio õnimodã febris cogeretur aliquis hoc dicere ex doctrina Gal. dicto. 2. creticorum dierum vbi exaltat diem. 17. & minuit diem. 18. in quibus omnibus exemplis cogitur reddire ad principium morbi, vt verbi cauſa quinta dies a duodecima, quare verſa eſt febris claudat. decio ſeptimo ſi enim fuit aliꝰ morbꝰ quinta exaltaretur & non decimo ſeptimo ſi vnus fuit morbus quero ſi continuus, aut intermitens, ſi enim intermitens ergo non fuit acutus, ſi continuus ergo non õnino exutus ab febre. Quia tamẽ omnes iſti textus videnť ſonare: eſſe perfecte eos egros mundos a febre, oportet aliter reſpondere ꝙ intermiſſio non abſoluit morbũ ab acuitate ſi ſit cum velocitate motus, cuꝫ autem Gal. dixit eodẽ libro ꝙ morbus interpollatus eſt cronicus, intellexit de intermiſione ſm paroxiſmos, potiſſime ſi ad. 40. diem vſqꝫ proroga tur, nullus inquã morbus ad eum terminũ prorogatus, ſi intermiſionem habet poteſt dici acutus, ante ipſum bene, ſi cum impetu moueatur, & ita qui ante quadrageſſimum diem non manifeſtauit velocitatem, & ſi poſt ipſam manifeſtet: non poteſt vocari acutus, verſus finem in dicto libro ſecũdo in quo autem conſiſtat velocitas motus, in quo magnitudo & ſic de ceteris dotibus pertinet ad librum tertium de criſi. Reſtat tamen reſpondere ad Galenum in tertio dierum creticorum verſus calcem: vbi de mente Hippocratis vocauit acutum morbum continuum, eſt igitur intelligendum, non negaſſe cuꝫ intermiſione ſtare acuitatem: ſed ad inſignuandum ibi, non eſſe rationem acuti morbi cito terminari, ſed properare ad ſtatũ: qđ euidẽtius eſt in febre

conti

continua,que vltima declaratio nobis magis placet & eſt ſolidor, licet prīa
poſſit ſubſtineri,ſit ergo reſolutio ſuper hoc,ad morbū eſſe cōtinuū exigiť
ante.40.dieˉ habere impetū & celerē motū,plus aut minꝰ ſcd̄m acuitatis gra
dus,& iterū qui ad.40.dieˉ prorogāť,ſi ſunt cū intermiſiōe paroxiſmali nō
poſſunt dici acuti,qui vero prius terminanť,ſi celeritatē motus habēt & cō
tinui,& intermitētes,poſſunt dici acuti,.Et tunc ad principale obiectū de
die.17.quē gratia argumenti obtulimꝰ,reſpondeo ꝙ morbꝰ ille quo febris
per dies aliquot abſoluta fuit,eſt vnus,nec me intromitto ſi eſt vera recidi⸗
uatio iuxta ſnīam veteris q̄ reliqūtur in morbis &c.& inde ſi eſt neceſſario
vnus morbus cū radice,& qua vnitate vnus,& ꝙ continuatꝰ fuit in cauſa an
tecedēte q̄ ſolū redit corpus neutrū & nō egrū,& ſi verior vnitas ſit per cām
cōiūctā eadē numero,ex quo cōſidera ſi tertiana intermitens ſit vnus mor
bꝰ,& inquo vniteť,& ſi reuertiť merito cōplexiōis ſimplicis,ſi eſt maſ̄is,&
ſi maſ̄is pōt vnitari in mr̄i.& reliqua,ſuper quibus diceptāt ſatis ſcholaſti
ci iuuenes,eſtq; demum aduertendum ,ꝙ finis huius textꝰ vt placuit Gal.
loco citato ab antiquis diuerſimode intelligebatur,puta iſtum textum pre
ſentem quo aſſeritur acutos morbos ad diem.40.terminari, ītelligi de aliis
acutis morbis ab eis quos in ſententia apho.dixit ad.14.diem finiri,quod tā
mē falſum eſt ſi enim dignitas huius libri eſt loqui de inditiis in acutis mor
bis & eis qui fiunt ab illis qualiter de exacte acutis non erit iſte textus ergo
de eiſdem vtrobiq; intellexit,ſed ampliauit hic terminum pſ̄em, vt nullū
excluderet ab hoc termino.Memoratur deinde Gal.dicto loco de quo hic
etiam tantiſper,qualiter quipiam falſo intellexerunt illum textum Hipp.
acute egritudines in.14.diebus terminātur,hoc eſt in tot diebus ſcilicet .14.
qui cretici inueniuntur,inter primū diem,&.40.& ſic eliciť apud iſtos que
dam ſecreta concordia,inter hos textus ambos, quod hic mentionē faciat
de ambitu tēporis acutorum,illic vero de diebus creticis, quibus intra.40.
illi morbi iudicari ſolent,quos merito redarguit in his locis,nam ambo iſti
textus per ſimplicia verba ſunt ſcripti,ſi ergo apho.eſt accomodandus die⸗
bus creticis,ſcilicet.14.ita & ex hoc preſenti elicietur,eſſe dies.40.creticos,q
bus acuti morbi ſoleant iudicari,quod nullus ſomniauit,ergo & licet cre⸗
dam hanc eſſe veram taxationem,& ad mentem Gal.ad excitandos tamen
animos,introducā ſeriem Gal.in ſcd̄o ad glauconē diſtinctione .5. capitu.1.
quā iam te video ſtomachari,eo ꝙ in nono codice non contineatur, ſic ha⸗
bet,vnde oportet ex his diebus creticis,quos pares & impares vocamus , in
uenire manifeſtos creticos ipſarū acutarū febriū de q̄bus Hip.ī apho.acute
egritudines in quatuor & decem faciunt criſim, non ſic intelligendū ſcito,
vt quidam putant ī.14. diebꝰ ōnino poſſe abſolui febres acutas, ſed in qua⸗
tuor & decē,qui vſq; in quadrageſſimū diem ꝑtenduntˊ,eſt enī creticꝰ verꝰ
in febribꝰ acutis.3.&.4.&.5.&.7.&.9.&.11.&.14.&.17.&.20.24.&.27.&.30.&.34.
&.40.

&.40.inuenies ergo.14.dies vere creticos,hec illa ſeries habet nega igitur ipſam,aut contéplare,quam ſolutionem dabis huic obiecto,quare &c.

De ſudore, caput. xi

Sudor optim⁹ eſt per oẽs acutos morbos ſi per dię̃ euenit decretoriũ ⁊ integre ſedat febrẽ. Bonus etiá eſt ſi ex toto corpore prodeat:faciatq; vt eger ferat facilius morbũ. Si vo nihil tale efficiat neq́q; vtilis eſt. Peſſimus vero eſt ſi frigidũ egrediat:⁊circa caput tm̃mõ vultũ ⁊ceruicẽ. Hic.n. cũ acuta febre mortẽ:cũ mitiore: morbi lõgitudinẽ indicat.

IN SVDORE optimo duo ſcribens inditia,tertiũ preter miſit tanq̃ neſcio ſequat ea q̇ dixit. Qui eñ die euenit decreto: i ꝫ & integre ſedat febrem is quoq; ex toto corpore it,in bonis vero ñ tñ optimis prodire ex toto corpore,& aliquid morbi tollere ſcribens nihil,preterea adiecit de diebus decretoriis tanq̃ id quoq; bonũ rurſus ſudorẽ neſcio comitetur. Ceterũ tertius ſudoris ordo cenſetur modice mali de quo dixit. Si vero nihil tale efficiat nequaq̃ vtilis eſt vt nec ex toto corpore eat neq; faciat vt eger ferat facilius morbũ. Sed cõſtat vt ex his ipſis peior ſit qui neutrũ horũ efficiat, modic⁹ vero qui alterũ,& rurſus ex his ipſis qui efficit vt eger facilius ferat morbũ moderatiorẽ,quáq̃ non ex toto corpore eat,peior qui grauiorẽ exibet morbũ,licet in omne extendat corpus. Sed oĩs eiuſmodi ſudor calidus eſt,& ob eam rẽ nullo de trib⁹ ordine indicauit eũ ſolitus omittere q̇cũq; ſequũt ex neſcio,& itẽ quecũq; ex expõne eorũ q̃ deinceps dicenda ſunt demõſtratur. Omnibus vero in hoc ſermone dictis ſudori opponit frigidos dicens ita. Peſſim⁹ vero ẽ ſi frigid⁹ egrediat,& itẽ cũ eo malũ eſſe dixit ſi circa caput & ceruicẽ eueniat,licet frigidus nõ ſit. Sic eni minat ſyncopẽ. Si vero circa tales ptes frigidusq; appareat peſſim⁹ eſt qppe q non inſuper fore,ſi iá eſſe ſyncopẽ indicet. Diffiniunt vero vehemẽtia febris. Ná ſi fuerit acuta prorſus afferet mortẽ frigidus ſudor,licet ex toto corpore prodeat,& itẽ ſi circa caput ceruicẽq; calidus eueniat. Si vero mitior febris ẽ poterit facultas nõ aſſũpta prius ab acuta febre ſpatio tẽporis prauos cõcoquere humores. Ceterũ de diebus decretoriis non inſuper docuit aliqd in aliis ſudorib⁹,at qui de optimo docuit inter initia,q̇a eſt vim quádá decretoriũ dierũ ſmone dicturus,in ipſa vero dictione pariter demonſtrauit. Vna enim eorũ vis eſt redere firmá iudicationem ſiue in bonũ ſiue in malũ finiat. At vero agnoſci oportet predicte finẽ dictionis quẽ Dioſcorides ſcripſit ita. Peſſim⁹ eſt ſi frigidus eſt & circa caput ceruicemq; tantũmõ prodeat. Hic.n.aut mortẽ aut morbi longitudinẽ p̄monet. Sed conſtat vt hec lectio ſit q̃ p̄dicta cõciſior,tñ eádem vi obtinet,atq; addendũ erit ab expoſitore id quod in predicta ſcriptũ iá eſt cũ acuta febre mortẽ,cũ mitiore longitudinẽ morbi. Ceterum deinceps alia quedá de ſudore ſunt ſcripta nõ in omnibus codicibus

que merito alii quidã ſuſtulerunt tanquam non ſint Hipp.atq; etiam Artemidori & Dioſcorides ſectatores. GLOSSA.

DOcet Hipp.ex ſudore preſagire,quid egrotis futurũ ſit. & habet hoc indiciũ.vim ex conditione duarũ facultatũ ſimul naturalis & vitalis, quas,cõſtare deſficere:aut omnino extinctas eſſe,ex cõditione ſudoris indicabitur, oportetq; ad iudicii ſtabilitatẽ morbi cõditionẽ contemplari,ſi acutus lẽtus ve,nã vtrobiq; eſt eadẽ ratio, eiuſdẽ conditionis viſo ſudore. Et vt facilius peſſimũ ſudorẽ cognoſcamus,incipit a dotibus pfectiſſimi. incipere nãq; a meliori comendauit ipſe Gal.libelo de intẽperie inequali. Materiã ergo de ſudore explicaturi incipiamus ab ipſius diſcriptiõe.quã aui.in.2.canonis capite de ſudore.ſub his verbis habet.Sudor eſt aquoſitas ſanguinis cui pus colericũ mixtũ eſt.hoc eſt.eſt ſuperfluitas aquoſa q̃ ab alimento contento in venis deciditur,cui aliqua pars colere cõmiſcetur,q̃ iuuat ipſius penetrationẽ ad poros.vnde ſalſuginẽ quãdã habet ad inſtar vrine.ſcis enim qualiter amarus ſapor lotus reddit̃ ſalſus verũ extat,hãc ſupfluitatẽ eſſe magis elaboratã,et ſi ſit a ſecũda coctione,nõ ſine opere tertie. clauditq; ille autor capitulũ illud verbis ſatis obſcuris q per te vide.&aliqñ videbis,quid ſentiamus de illo ac reliquis paſſibus obſcuris in canone illi9 autoris.Sed in veritate illa diſcriptio eſt ſuplẽda & admodũ roris p poros expulſa.alias vrine poſſet cõuenire. ex q̃ ea notificatio ſudoris. in exacto ſermõe,duntaxat ſudori repto in ſanis cõuenit, nã egrotãtiũ ſudoris, nõ ſolũ eſt materia aquoſum ſanguinis,imo & quicũq; humor qui morbũ facit ſubtiliatus & ad vaporis formã exiens,iterũ inſpiſatus a cõtinẽte ingutarũ modũ cadens.Si autẽ per colericũ pus licet intelligere quacunq; ſuperfluitatẽ humoralẽ.Iuſta id Gal.7.aph.ſi febris non a colera habeatur. tũc eadẽ erit omnis ſudoris finitio.vt exeãt ſuperfluitates humorales in comertio aquoſitatis que ex maſa ſanguinis,ſequeſtrata inuenitur in venis.ſcis enim alias in corporibus que frequentius viſuut̃:non haurire renes totũ aquoſũ ſanguinis,imo bonã partẽ meare ad venas,vt ſanguis ad artos aditus tranſitum habeat.ex quo illa finitio ſudoris poſita a Gal.4.Apho.cõmento.38. ſcilicet. ſudor naturalis eſt purgatio nature ex nimiis ſuperfluitatibus. nõ eſt finitio,vt clare ex nouo cõmento apparet̃,ſed ſolum notiſicabat diſcrimen,inter ſudorem vere creticum & ſinthomaticum. Quod ſi quis pro ea diſcrepantia & litere expoſitione taxare vellit Gal. ſudorẽ quem appellantẽ naturalem,cum cõto illius in prima Apho.ventres hieme.&c.dixerit autoritate dioclis.omnẽ ſudorẽ eſſe extra naturam.dic,q̀ collatione ad occultã difflationem que ſummũ gradũ fortitudinis oſtendit virtutis & caloris naturalis, dici poteſt ſudor omnis vacuatio extra naturã, ſemp enim deffectum in virtute ſignificat.q̀ ſi gal.2.de diff.febriũ verſus finẽ dicat ſudorem fieri ex fortitudine virtutis, dic tu reſpectu priuacionis ſudoris,qui

ſi omnino non fit, in paroxiſmi declinatione. ōnino humoris craſiciem, aut
virtutis deffectum ſignificat, cum autē ſudores inter ſe refferuntur, inuen-
re eſt naturalem hoc eſt dominio virtutis factū, colactione illius, qui prori
tata natura ex humore ſinthomatice expellitur, in preſenti autē textu de
vtroqꝫ ſudore mentio fit, nō tamē ꝙ ſic ſudor naturalis dicatur, vt vere ſano
congruat ſuperfluitates enim illius vltime coctionis natura excitata exer-
titio, occulte debent diſtlari. Primū igitur gradum boni ac laudabilis ſudo
ris qualificauit Hip. per duas conditiones ſcilicet egrum liberari a morbo
eo mediante, & fieri in die cretica. ¶ Quod ſi obicias, ſatis eſſe egrum libe-
rari a morbo ipſo ſudore, vt ipſum aprobemus, quid ergo eget alio inditio
ꝙ ſcilicet fiat in die cretico. Reſpondemus etiam deſſiderare, ipſum egruꝫ
tutum eſſe a recidiuatione, quod conſequitur propter liberari in die creti-
co. vt ſūmitur a Gal. primo dierum decretoriū, item eripi īfirmū cum ſuaui
tate & bona tolerantia, quod ſibi dat diei cretice conditio, quod ſingulari-
ter Gal. ſub exēplo regis benigni & tirani, declarat ſingulariter dicto libro
de die. 7. ad ſextum cōparato, dies ergo cretica quam eligit textus, ſit apro-
batiſſima, ꝗa in infortunata die cretica mors aut recidiua timet̃. nec iſta lau
dabilis cretica dies eſt quecūqꝫ, ſed tāto a morbi initio diſtans, vt poſſit opꝰ
coctionis ſat plenum eſſe, nunquā. n. ipſā nō preeūte, beata ſuccedit criſis. 4.
apho. Primo proretici prio de creticis & de criſi, ex ordine. n. nr̄ium virtutū
nunquā expultrix facultas inſurgit ad actū, niſi concotrice precedente. ¶ Qđ
ſi iterum obicias eſſe ſatis ī artificioſū, ponere pro ſigno. ſ. infirmū euadere
a morbo, id enim eſt ita vulgare ꝙ non eſſet facienda vis in re tan clara, dic
ꝙ iſte ambe condiciones ſe amplectuntur, ſine die cretica liberari nō eſt tu
tum, nec ſēper per factū in die cretica liberatur infirmꝰ. dic & meliꝰ ꝙ diſ-
tributurus ſudorem ad plures differentias, ponitur illa conditio ad diſcre-
pantiam illius qui & ſi fiat in die cretica, non ōnino liberat egrum, & ſi alle-
uiet ipſum, ego autē crederem etiā deſcripturi optimo ſudoris cōditionem
abſqꝫ aliqua collactione eſſe eam conditionē potiſſimā, ſcilicet eo infirmū
vendicari a morbo, ꝙ & ſi vulgo etiam notiſſima ſit, non ideo abiciēda eſt
a librorum doctrina, ſicut conferentia & tolerantia totiēs ab Hippo. repeti
ta, & infirmo & vulgo ſic cognita, & quanto teſtimonium ſalutis eſt euiden
tius, tanto certiſſime pertractationi, qualis iſta eſt magis accommodum &
neſcio quam bene Thadeus ille in hoc paſſu. ¶ De alio vero quod Galenus.
ſubdit, ꝙ eſſe ſudorem cōmunem toti corpori, licet conticuit Hippocras,
tamē neceſſario intelligitur ſi ipſo vindicatur eger, ſitqꝫ in die cretica, ſem
per eius ſalua pace. videt̃ mihi illud non eſſe neceſſarium ꝗa cū hic ſudor
ſic criſis plurium morborum acutorū quorum quippiā determinatas ſedes
corporis poſſidēt, non neceſſū a toto corpore prodire alias das & omnium
venarum humores eſſe materiā febris & ſic eam febrem non conſequi apā

illius ſedis.& qualiter intelliges Hip.in.4.apho.vbi ſudor ibi egritudo, cui
fauet ſnie,ipſe Gal. in cotō.ergo poſſibile eſt ſudorem eſſe partialē & eo vi
dicari egrum,& ego vidi puellam freneticā,que per tres dies copioſe ſuda-
uit duntaxat in capite & perfecte euaſit.ergo melius eſt ſentire vtrumq; ac
cōmodū ſuis deſtinatis morbis.& perfectiſſimū eſſe,ſi duas textus habeat
conditiones¶ꝙ ſi fortiſſime arguas in me,ergo in nullo morbo apoſtemoſo
poterit eſſe ſudor cōis.Dic ꝙ contingit aliquando primo ſentiri initiū apā
tis,deīde febris comitatur,quēadmodū dicimus ſigna pleureſis,eſſe dolorē
pungitiuū,& febrē.& ſic ea febris vulgo dicit̄ febris accidens.& in talibꝰ di-
co,ꝙ de per ſe non peccat niſi humor cōtentus in particula:cuius putredinē
inſequitur febris,& talis humor eo loco contentus,aut in capite,ſicut artifi
cio medici & nature reſolui poteſt ſenſibiliter aut inſenſibiliter,ita ī tali mo
do diflatiōis ſenſibilis,ſudor particularis poteſt habere locum,euenit tamē
aliquando primo febrē fieri,deinde concitatis & bulientibus hūmoribꝰ,ali
quā partem deriuari ad aliquam particulam debilem.in quo caſu,eſt clare,
febris duplex fundamentū,in quo,ſicut i n apāte incipiente,ſi ſuceſſu febris
etiam humores venales alterentur & putrefiant,neceſſario natura dominā
te fiet ſudor cōis,ſic Gal.cotō citato.qua parte corporis ſudor eſt &c. ꝙ autē
primo incipiebat morbus cōis.ſ.febris,deinde fiat particularis.ſ.apā eſt res
cōiſſima & ille Alexandrinus dat modū in epidimis.ꝙ autem ſit neceſſum
hoc ſentire,verbi cauſa.in pleureſi eſſe humorem febris,& humorem apoſ-
tematis,& inde cōmunē & partialē vacuationem poſſe iuuare:ex ſerie Gal.
mihi vnica colligemꝰ de anaxiōe ad portas thracias,primo de criſi, vbi infi
ne narrationis ſic habet,cōſtat autē ꝙ in trigeſſimo quarto die poſt vigeſſi
mū ſeptimū, cōcocte ſunt ſimul omnes egritudinis cauſe & excrete,per vri
nas quidem que febres faciunt, per ſputa vero que thoracem infeſtant hec
Gale¶Quod ſi iterum fortius obicias,hanc noſtram phantaſiam non poſſe
ſubſtineri:ex Hip.in preſenti iextu,cum in ſudore duntaxat alleuiante e-
grum,pro neceſſaria conditione poſuit eſſe cōmunē ergo a fortiori in lau-
dabiliſſimo,quo vindicatur a morbo,ſubintelligitur.Dic ꝙ ſudorem eſſe
cōmunē pefctio eſt, potiſſime vbi cōis expectatur,quātū ergo hic alleuiās
deffecit ab optimo,tantū op; vt nō oīo pecet,& ſit cōmnis.ſed potiſſima ra
tio eſt a iuuamēto,qđ infert.plures ergo gradus ſudoris intelligi poſſūt pri
mus,eſt optimi ſudoris.alter cōis & alleuians.3ꝰ.eſt alleuiās & nō cōmunis
vt ille primus ſudor in anaxione in.11.die circa caput,vnde febris mollifica
ta fuit .quartus. ꝙ nec ſit cōmuīs nec alleuiet infirmū, vltimus, aut ꝙ ſit
communis & non alleuiet¶Poteris iterum obicere,hic,de ſudore,agitur vti
de ſigno quoddam,ſed ponere pro potiſſima conditioue ipſius.vtilitatem
eſt de ipſo agere vt cauſa. Dic ꝙ & ſi ſudor plurimaq; excrementa ſigna
ſint & pars criſis. Primo de criſi in preſenti vt infirmus liber manſſit